


quàm huic clepsydræ nostrum clepselæum, matri sc. genuina
 foboles: Unde quæ circa illius effecta ratiocinati sumus, ad
 hoc accommodari facilè poterunt pleraque omnia. Quòd
 enim inferiore orificio F [Vid. Fig. 26. Num. 2.] vel à digito



premente, ante superimpositionem vasculi & conjunctio-
 nem cum ima lampade, vel ab oleo lampadis post illam, oc-
 cluso, fluxus olei sistatur, & contrà remoto digito vel ab igne
 consumpto liquore orificium F circumstante, novum efflu-
 vium consequatur; horum contingentium causæ, partim ex
 VI. & VII. inprimis autem ex XI. Conclusionibus manife-
 stissimæ

Causa Phæ-
 nom. 12.
 No. 1, 2, ac 3.